

In una parte.

8. Julius Cæsar effigiatur, partim laureatus, partim obvelatus capite, laevo obtutu, cum nominis epigraphæ. C. CAESAR COS. TERT.

In altera.

Signa religionis tria hoc ordine posita sunt, lituus, trulla, securis sacra. infra. ANTISTIVS P. R. Nummum hunc argenteum habet in bonis P. Joannes Jacobus Fuccherus.

In una parte.

9. Julius Cæsar depingitur laureatus, laevo uultu, ad cuius tergum adpressus est lituus. Inscriptio. CAESAR DICT. QVART.

In altera.

Biga rapidissima iuuenis animosus armatus, clypeo ingenti munitus, telum ualida dña quatit, ad laeuam uiam currit. Ad e Circensibus ludicris est spectaculum. Subscriptio. M. METTIVS. Nummum hunc argenteum mihi aliquando monstrauit P. Guilielmus Cæsius Lugduni.

In una parte.

10. Julius Cæsar uideatur laureatus, laevo obtutu, aperto collo, cum nominis Epigraphæ. CAESAR DICT. PERPETVO.

In altera

Minerua inclinato uultu, ad dextram ire uidetur, dextra globo insistentem porrigens Victoriâ premiaticem, laua summam habens